Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/311514

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

3.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ADRIANUS CORNELIUS VAN ROSSEM,

Roterodamensis.

A. D. XXV. M. JUNII A. MDCCCLVI, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLVI.

TYPUS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Non probanda CUJACII sententia, legitimum tutorem se excusare non posse.

II.

Litis contestatione nec jure classico, nec jure Justianeo usucapio interrumpitur, excepto casu legis 2 C. de annali exceptione.

III.

L. 3 § 2 D. et L. 5 D. de seperationibus conciliari nequeunt. Pauli sententia praeferenda videtur.

IV.

In integrum restitutionem propter dolum, praeter actionem vel exceptionem doli, locum habere contra Cl. Göschen (*Vorlesungen* I. 569) defendendum existimo.

V.

Familiae erciscundae instrumento dominium heredes non acquirunt, sed exigitur traditio secundum Art. 671 C. C.

VI.

Pater vel mater tutor, qui usumfructum bonorum filii legitimum habet, satisdare debet.

VII.

Nullus est modus usurarum, quae in stipulationem deduci possunt.

VIII.

Tutor suo nomine non tenetur ad damnum resarciendum a pupillis injuria datum.

IX.

Jura superficiei et emphyteuseos usucapione adquiruntur.

X.

Nulla scriptura requiritur ad pignus constituendum in casu Art. 85 C. M., si committens minus quam centum florenos debet commissionario.

XI.

Solutio cambii sicci (orderbriefje) exigenda est in domicilio, quod promissor habuit et indicavit tempore, quo obligationem scripsit.

XII.

In Art. 174 C. M. *van non betaling*, loco *van non acceptatie*, legendum videtur.

XIII.

Si primus emtor forocessit, venditor post trigiuta dies jus habet pecuniam non solutam a secundo emtore exigendi.

XIV.

Judex ad solutionem impensarum ex officio condemnare nequit.

XV.

Exercitor navis contractibus magistri, propter navigandi necessitatem ad navem reficiendam vel victum emendum obligatur, etiamsi magister neglexerit adhibere necessitatis declarationem aut consulis auctoritatem.

XVI.

Improbanda mihi videtur opinio Ampl. GODEFROI, (Jaarb. 1, 421) articulum 404 C. P. ratione proxenetarum abrogatum esse.

XVII.

Art. 357 C. P. non est abrogatus articulo 22 C. Q. C.

XVIII.

Assentior Cl. MITTERMAIER existimanti, non esse cogitabilem conatum delicti expositionis infantis.

XIX.

Actionem secundum articulum 22 C. Q. Cr. institutam laesus mutata voluntate interrumpere non potest.

XX.

Freta e mari libero in mare liberum libera esse debent.